

A R Æ
A M O R I S
Q V A S

N O N Q V I D E M

Hyblæis floribus redimitas
Nec Parnassi frondibus inumbratas,
Multò minus Sabæis mesibus jucundatas
Sed tamen,

Pegaseis lymphis asperfas:

H Y M E N E I A C U M C E L E B R A R E

Eximiâ eruditione Præstantiss. Politissimus

V I R - J U V E N I S

D N. J O H A N N E S

V O C K E R O D U S N O T. P U B L.

S P O N S U S ;

Investituramq; conferre moliretur

V I R G I N I L E C T I S S I M Æ

M A R I N Æ S P O N S Æ ;

Viri Amplissimi nec non Prudentissimi

D N. E M A N U E L I S R E I N H A R T S e-

natoris auctoritate gravissimi F I L I Æ.

X I. Februarij Anni 1628.


Fausti ominus & exorandi Numinis ergò

exstruxere

Fautores, Amici.

M U L H U S I I , T y p i s S T A N G I A N I S .





MARINA REINHARTI
I.

A D
JOHANNEM Voekerodt/
E T
MARINAM Reinhart/
SPONSOS ORNATISSIMOS.

NEc venio. non me longi vis nota laboris
finit his adesse Nuptiis.
Interea votum geminato vicaria vox hæc:
FELICITER! FELICITER!
Ipse domi hæc repetã: Sint SPONSI, Numine fausto,
decem PARENTES mensibus!

M. GEORG. ANDREAS FABRICIUS,
Poët. Cæs. Gymnasiarcha.



II.

SVada, Thalia, Venus, Solers, Svarisima blandos,
Concine, funde, refer, jubila, pleetra, sonos.
UOCKRODUS, Sponsus, Thalamus, doctus, celer, urens,
Jura, labrum, sociam, postulat, aptat, avet.
Sponsa, **MARINA**, Venus, durissima, suavia, **FOENUS**
Pellit, dat, promit, viribus, ore, **TORO**.
PAX, concordia, **FORS**, conglutinet, adsit, adornet,
Cor, perpes, felix, vimine, sorte, domum.

Vive,



*Vive, vale, flore, Sponse, Themidos, ardoris,
Suaavis, fax, gratus, Sol, Neomympha, nitor!*

**JOHANNES VOCKERODUS
MARINA REINHARDIN.**

Hinc phantasma.

**Durâ nî sanes cor voce, annon mihi dira,
Re?**

Herm:

Heu! quondam potui medijs elapsus Elystris
Prussiacos penetrare sinus, non obrutus undis
Pregla: Me duris illidit jam mare Saxis
Ecce **MARINA** taum, Satyrûm de flumine fusam
Durâ nî sanes cor voce, annon mihi dira
Re? damni fundas, peream ne, molle levamen!

M. JUSTUS SCHIEDE.

III.

ERgò tuâ facie, fatis ô Sponse carere,
Cogor te recolam votorum summa reponens
Hic verè felix est, terq; quaterq; beatus
Cui pia contingit, Divino munere conjux,
Hinc jam tristitiæ nubem **VOCKRODE** repelle,
Namq; tibi à Jova talis donatur amica,
Quæ verè pietatis amans & stemmate clarâ
Virtute &, quibus ipsa micat, ceu splendida gemma.
Conjugium faustum sit vobis auspice CHRISTO,

Qui

Qui servat thalami suaves quos sanxit amores,
Ac prolis vosmet fecundo germine ditet?

*Amicitie ergo Lipsia quondam conflata,
transmittebat Longo-Salissâ.*

M. Mattheus Ludovicus Stolbergus
SS. Theol. Studiosus.



I V.

EX animo **V**OCKRODE tibi congrator honores,
Quos capis ex pulchrâ sic blandiloquâq; **M A R I N A**.
Scilicet hocce volunt Fati decreta, tuumq;
Præsens auxilium tua sponsula poscit ad ades.
Ædes Sponse tuas ornet lepidissima Sponsa,
Omen in hoc insit, conjuncta & corcula durent.
Faxit cunctipotens summusq; Creator Olympi,
Unanimes ut Nestoreos vivatis in annos.

Fausta congratulationis ergo
F.

Emanuel Heige, Mulhusinus.

V.


Æ N I G M A.

PRudenti tria sunt immenso condita in orbe
Naturâ, & tantum, quæ tria sunt, duo sunt.
Alterum egens opis alterius, sine quâ nihil esset,
Et tamen alterum opis non eget alterius.
Si duo non essent, esset nec clarus Olympus,
Nec corpus: verum corpora cuncta **NIHIL**.
Provida

Provida si nobis unum Natura negasset,
Nil foret in terris quam labor atq; dolor.
Restat nunc saltē dictis rem pandere totam:
Dic igitur quid sit, si Neonymphe sapis?

ita ludit

Christianus Meler Mulhus.



V I.

Pulchrè munus obistis, ô Cytheris,
Et tu, qui pharetram geris, Cupido.
Sic tractare decebat illo ab orbe,
Quà mons regius eminent, Boruffo,
Ad sedes patrias domum reversum!
Sic jus fasq; periculis viarum,
In castrisq; laboribus Themistos,
Exhaustis Philyres sub umbra, Elistri
Undis irriguæ; inter & vetustos,
Mons regalis ubi micat, Boruffos,
Tandem præmia contulisse; & illi
Bellam jungere virginem-puellam,
Castam jungere virginem, piamq;
Quid nunc Sponse animi tibi? placetne
Munus? num decorant sat hi colores
Virtutum? reor hoc. breve addo votum:
Concors sit thalamus novis maritis!
Prosper sit thalamus novis maritis!
Et vortat benè conjugationem,
Qui sanxit prior hanc jugationem.

F.

ANDREAS VOCKERODT.

Dum



VII.


Dum mea legitimo Soror est tibi fœdere junctæ,
Sponse, atq; Affinis dum cupis esse meus:
Paucis multa tibi porto, doctissime Sponse,
Queis tibi conjugij fœdera fausta precor.
Ipse tuis tadis fero vota sacrata, quid inquam?
Conjugium inceptum, prosperet opto, DEUS,
Atq; regat lectum excelsi Regnator Olympi,
Ut vigeat vester prole frequente torus.
Vester amor vigeat, multos duretq; per annos:
Sitis ut una Caro, Sitis & unus Amor.

Moris & amoris ergò
F.

HERMANNUS Reinhard
Sponsæ frater.

F I N I S.





VII

Dicitur mea legitima hereditas et in hereditate mea
 spoliata, cum affinis dum esset, meo
 Rancore mala tibi peris, deest tibi
 Quis tibi conjugij factum fuisse precor.
 Iste in rebus hereditatis, quod impudens
 Conjugium inceptum, profferat opus, DEUS
 Atque regat lectum exesse Regnator mundi,
 Et vigeat puer prole frequenter formae.
 Vester amor vigeat, multos ducat, et annos:
 Sicut ut macerato, sicut et hunc amor.

Motis conjugis ergo

HERMANNUS STEINBACH

F I N I S



Et **dominus** **procepit** **eis**
omnia **via** **domini**


Et **dominus** **procepit** **eis**
omnia **via** **domini**

Et **dominus** **procepit** **eis**
omnia **via** **domini**

Et **dominus** **procepit** **eis**
omnia **via** **domini**



A R Æ
 A M O R
 Q V A S
 N O N Q V I D
 Hyblæis floribus
 Nec Parnassi frondibus
 Multò minus Sabæis mes
 Sed tamen
 Pegaseis lymphis
 HYMENEIA CUM C
 Eximiâ eruditione Presta
 VIR-JUVE
DN. JOH A
VOCKERODUS M
 SPONSU
 Investituramq; confer
 VIRGINI LECT
MARINA
 VIRI Amplissimi nec no
DN. EMANUELIS R
 natoris auctoritate gra
 XI. Februarij An
 Fausti ominis & exoranc
 extruxere
 Fautores, A
 MULHUSII, Typis S



23

